

Catullus 3 Progressive Reading

lūgēte, ō Venerēs Cupīdinēsque!
lūgēte, hominēs venustiōrēs!
lūgēte, quantum est hominum venustiōrum!
Passer mortuus est.
passer mea puellae mortuus est.
eum plūs oculīs amābat.
eum plūs illa oculīs suīs amābat.
mellitus erat.
suam dominam nōverat.
suam ipsam nōverat.
suam ipsam nōrat.
suam ipsam bene nōrat.
puella matrem nōrat.
suam ipsam nōrat tam bene quam puella matrem.
sē nōn a gremiō movēbat.
sēsē nōn a gremiō dominae movēbat
nec sēsē a gremiō illius movēbat.
circumsiliēbat hūc illūc
circumsiliēbat modo hūc modo illūc
ūsque pīpiabat.
ad dominam ūsque pīpiabat.
ad sōlam dominam ūsque pīpiabat.
nunc it per iter tenēbricōsum.
nunc it per illud iter tenēbricōsum.
quī nunc it per illud iter tenebricōsum....
unde nēmō redit ...
negant eum redire.
negant quemquam redire.

unde negant quemquam redire ...

vōbis male sit!

vōbis male sit, malae tenēbrae!

vōbis male sit, malae tenēbrae Orcī!

omnia bella dēvorātis

quae omnia bella dēvorātis ...

abstulistis passerem ...

bellum passerum

tam bellum passerem

tam bellum mihi passerem abstulistis

ō factum male!

ō miselle passer!

ocellī meae puellae rubent.

ocellī turgidulī meae puellae rubent.

ocellī turgidulī meae puellae flendō rubent.

operā tuā ocelli turgidulī meae puellae flendō rubent.

ocellī meae puellae rubent.